



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XV. Vis generandi sibi simile ignobilem, & infœlicem facit hominem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Philip. 3.
19.

pietatis, libidinis, dissolutionis mentis,
scurrilitatis, loquacitatis, obtruncat
onis, cōtentionis, acedia, languoris, ce
citatis mentis, stuporis, Idololatriæ; de
vinos enim honores, iuxta D. Paulū
ventri tribuit, quo qd magis Deo
potest esse inuisum? quid item
gravius peccato? quid miserius
peccatore?

CAPVT XV.

*Vis generandi ignobilem & infeli-
cem facit hominem.*

NON in se; data enim illi
Deo olim est ad honestam
generis humani multiplicatio-
nem, electorumq; compleme-
tum, sed vt intra fines & termi-
nos legitimi coniugij, post pro-
morum parentum lapsum, eius
usus feruor & furor est; vel mo-
destas aliās, ad finem tamen ge-
nerationis non ordinatur; cum
matrimonium item antecedit

vel eius cæcellos egreditur; cùm
 deniq; homo, turpissimæ volu-
 ptatis dulci veneno ebrius, mo-
 dis alijs vmbrosis amorib. illece-
 broso stimulo operam dat, sicq;
 sisyphū representat, vel Tantalū
 agit. Detestabile hoc malū ho-
 mini multa magnaq; damna af-
 ferre solet. Animam enim gra-
 tia diuina priuat, varijsque mo-
 dis maculat; Intellectui lucem

Lib. i. adu.

10. 17.

31. Mon.

c. 17.

eripit, aliosque & generosos (verba
 sunt D. Hieronymi) eius spiritus
 frangit, & à magnis cogitationib. de-
 trahit; menti cæcitacē, incōsiderationē,
 precipitationē, vt D. Greg. scribit,
 imponit, deq; homine pecudē facit; Vo-
 luntatē in vitiorum voraginem
 deturbat, in Labyrinthū inclu-
 dit, in cippū cōpingit vinculisq;
 adeo, cæteroqui liberā astringit
 prope inexplicabilib. memoriæ
 obest, Deūq; illi eripit; Vires a-
 gēdi reddit imbecilles, sens⁹ tar-

H 2 dos

dos & retusos, luminibus etiam
quosdam orbat; appetitum se-
sitiuum illicit, hominemq; qu-
rulum, iracundū, temerarium
durè imperiosum, seruiliter bla-

Loco cit.

Rom. 1.24.

Os. 4.

dum, *omnibus*, vt D. Hierony-
mus ait, *inutilem facit*; corpus ex-
edit, *contumeliosq;* iuxta D. Pauli
afficit; cor aufert; sanguinem de-
spersit & inquinat, spiritus per-
dit, vitā morbis implicat, eam
que contrahit; rem cum pudore
exhaurit, generi contumeliam
infert; Deum, quod caput est
aufert, eius templum violat &

1. Cor. 3.17.

disperdit. Christi membro op-
probriū infert, limo infigit pro-
fundi, æternis tandem hominē
nisi resipiscat, inferni flammis
addicit. Hæc omnia ostendunt
vitij huius vt & hominis, qui
captiuum se tradit, miseriam &
infelicitatem, peccatique mor-
talis grauitatem summam. *Et*

giat igit
confili
leum, b
morsum

Peccator

D Va
mo

formatu

corpore

ctenus e

corpori

feramus

neris ill

fiderati,

de prior

quēti ca

pus in p

feruorel

cissimo

cōcipitu

glia

giat igitur fornicationem, D. Pauli 1. Cor. 6. 18.
consilio, fugiat serpentis acu-
leum, basilisci venenum, viperæ
morsum, stellionis ictum.

CAPVT XVI.

*Peccator, ob vitiosum corpus, malique
habitus, miser est.*

DVabus omnino partib. ho-
mo à Deo conditus atq; ef-
formatus est, anima scilicet &
corpore: De animæ miserijs ha-
ctenus egimus, sequitur vt & de
corporis quoq; infelicitate dis-
seramus. Et quando duplicis ge-
neris illa est, vel corporis in se cõ-
siderati, vel vt ad animã refertur,
de priori hoc, de posteriori se-
quẽti capite disputabimus. Cor-
pus in pruritu primùm carnis, &
feruore libidinis, ex semine spur-
cissimo, in putido matris vtero
cõcipitur. In eo deinde, ceu car-

H 3 cere;